Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Gefördert durch Deutsche Forschungsgemeinschaft

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

'DFG-Projekt "Personales Gelegenheitsschrifttum in der SuUB Bremen (16. bis 19. Jhd.). Digitalisierung und Erschließung."

Rector & Professores P. Illustris Scholæ Bremensis Lectori S.

Hake, Elisabeth

[Bremen], 1746-06-16

VD18 91018382

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Signatur: brem.a.0619-64

urn:nbn:de:gbv:46:1-181209

Visual Library

RECTOR & PROFESSORES P. ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS LECTORI S.

P*hœnicis*, decantatæ a priſcis, tum paganis tum Chriſtianis, alitis, fabulam an ænigma? vix ullus ignorat. Antiquam illa rara avis viſa ſit, aut in rerum fuerit natura, dubitatum eſt olim, quanquam ab antiquioribus, qui circa ævum, in quo Soſpitator natus eſt, vivebant, ſatis firmiter utrumque, ob pervulgatam famam, aſſereretur, à PLINIO cumprimis & TACITO aliisque, quorum dicta præter TEXELIUM (*in phœnice viſo & audito*) eruditi COMMENTATORES *ad* CLEMENTIS ROMANI (*epiſtolam I. ad Corinthios in patribus Apoſtolicis* COTELERII *&* CLERICI *Vol. I. p.* 178. *&* 161.) indicant; exploratum tamen eſt hodie apud omnes prudentes illam extitiſſe nunquam, & videri eſſe nuſpiam. Fabulam ipſa prodit narratio, quæ nec ſibi conſtat, dum patriam & nidum unicæ volucri in Æthiopia, juxta alios in Ægypto, vel in Arabiæ montibus, aut Aſſyria aſſignat, vitæ quoque periodum prorſus differentem figit, atque talia de illo prædicat, quæ rerum ordini adverſantur, dum *proprii corporis hæres & cineris ſui, reviviſco carnis ſuæ humore reparari & de funebri rogo reſurgere, perhibetur.* Neque tamen inane eſt cerebri figmentum, ſed ænigma ſive allegoria, ut tot aliæ priſci ævi hiſtoriæ mythicæ, cui involuta fuit veritas, occultata plebi, quo panderetur ingenioſe illis, qui tradebantur in diſciplinam ſapientiæ magiſtris. Exercuit ejus ſolutio ingenium & induſtriam recentiorum, quorum non pauci, ſi preſſiſſent veſtigia antiquiorum, artis ſymbolicæ peritiorum, vero magis ſimilia tradidiſſent & detexiſſent. Gentis enim Judaicæ, preſſæ quidem nec tamen ſuppreſſæ aut extinctæ, ſed reſurgentis perpetuo & in orbe continuatæ, figuram cum TEXELIO in illo luſtrare, uti nimis prope accedit ad errorem, pium licet, Illuſtris Alnetani Præſulis & Philoſophi HUETII (*in demonſtratione evangelica*) Moſen & Iſraëlitas in univerſa fere Mythologia conſpicientis, ſic nulla ex hiſtoria aut fide aut ſpecie commendatur, quin potius à vero recedit, paganos ex Judæorum libris & ſatis illa mutuaſſe, quibus ſuam ſuperſtitionem aut cultum ornarent; Auguſto quoque emblemati non reſpondet, quæſita in illo à KÆMPFERO (*in amœnitatibus exoticis pag.* 661.) figura palmæ dactyliferæ, vel ab aliis, annui recurſus Solis, aut exundationis Nili. Scientiæ hujus promus condus HORUS APOLLO (*de ſymbolica Ægyptiorum ſapientia pag.* 96.) ex Ægyptiorum doctrina, primum ſignificatum ponit, INSTAURATIONIS. Gnarus quoque ejus fuit PLINIUS dum teſtatur (*Hiſt. Nat. Lib. X. cap.* 2.) *cum hujus alitis vita, converſionem magni anni fieri, iterumque ſignificationes tempeſtatum & ſiderum eaſdem reverti.* Rerum adeoque magnas viciſſitudines illa pinxere parabola. Et licet, deſtituti veræ cognitionis futurorum luce, fata rotari, eademque poſt revolutiones, interjecta longæ moræ intercapedine, recurrere crediderint, cum maxime in celebri iſto magno anno, ſub errore tamen illo latuerunt multæ veritatis ſtricturæ, reſtituto tempore orbis arſuri incendio, ut & corporum humanorum, orbatorum vita & in pulvere dejectorum. Hinc innocue Patres Eccleſiaſtici primi, hoc ſymbolo, quin cum hiſtoria Phœnicis univerſim crederetur, argumento ad hominem ex illo ducto, ſunt uſi, dum de veritate dogmatis, corporum reſuſcitationem non eſſe inter *ἀδύνατα*, paganos voluerunt convincere. nec tantum fecit ex CLEMENS ROMANUS, vir Apoſtolicus illo militans, pro more & genio ſeculi, in ſcripto pium animum quidem, ſed nullo modo inſpirationem à ſancto flamine, uti Canonica ſcripta, prodente. Quanquam etiam ſequiorum luſus non probemus, ut TERTULLIANI (*de reſurrectione carnis cap.* 12. 13.) atque EPIPHANII *in phyſiologi cap.* 11.) eo trahentium dictum *Pſalmi XCI.* 13.) juſtus ut φοῖνιξ *palma*, non phœnix, *florebit*; aliorumque avem phœnicem in *Jobo* (*cap. XXIX.* 18.) quærentium, *Dicebam, in nido meo expirabo, &* כחול *ut arenam*, alii ut phœnix *amplificabo dies*: Ænigmate tamen iſto appoſite ſatis, mentes meditatione reſurrectionis, maximæ rerum revolutionis, quam nec ipſi pagani negarunt, paverunt. Luſtremus talem ſtylo Tertulliani flore nitentem (*de reſurrect. carnis l. c.*) *ſi parum univerſitas reſurrectionem figurat; ſi nihil tale conditio ſignat, quia ſinguli ejus non tam mori, quam deſinere dicantur; nec redanimari, ſed reformari exiſtimentur, accipe pleniſſimum atque firmiſſimum hujus ſpei ſpecimen. Siquidem animalis eſt res, & vitæ obnoxia & morti: illum dico alitem Orientis peculiarem, de ſingularitate famoſum, de poſteritate monſtruoſum: qui ſemet ipſum libenter funerans renovat, natali fine decedens atque ſuccedens; iterum phœnix, ubi jam nemo, iterum ipſe, qui non jam, alius idem. Quid expreſſius atque ſignatius in hanc cauſam?* & poſt alia, *ſed an homines ſemel interibunt, avibus Arabiæ de reſurrectione ſecuris?* Si vero quilibet in ſpe beatæ reſurrectionis ex his decedens terris, phœnicis initar renaſcendi ex cinere & pulvere, fatum extremum non horret, ſed animo bene compoſito, lectulo emortuali parato, expectat, quis mage aliti illi aſſimilandus eſt, quam matrona chriſtiana, quæ non ſolum ob ſpem futuræ reviviſcentiæ, ad mortem non expaveſcit, ſed in puerperio, in nido ſtructo, vitam perdit, quam modo unicæ proli dederat? Talis, (*ut canit author carminis de Phœnice quod* LACTANTIO *tributur, in fine*) *Ipſa quidem, ſed non eadem, quia & ipſa, nec ipſa eſt, æternam vitam, mortis adepta bono eſt.* Effertur hodie funeralis Matronæ, non diu poſt puerperium extinctæ, quæ propter ordinem divinæ providentiæ, quin & gratiæ (1. Tim. II. 15.) *non potuit fato nobiliore mori.* Erat illa præclariſſimis dotibus inſtructa & optimi exempli fœmina ELISABETHA HAKIA, nata COCCEJA. Genus duxit è celebri familia Coccejorum. Aura frui cœpit ab A. MDCCIX. d. 8. Decembris, ſuo Parente *Viro Ampliſſimo, Prænobiliſſimo & Conſultiſſimo* HENRICO COCCEJO J. U. D. & Senatore, haud pridem fatis functo; Matre vero *Matrona laudatiſſima* GERTRUDE VON RAESFELD. Erat in ſtirpe paterna Avus *Vir Maxime Reverendus & de Eccleſia patria meritiſſimus* HERMANNUS COCCEJUS, Paſtor Cœtus ad B. Virginis per complures annos Primarius, & Venerandi Miniſterii Senior; Avia autem ELISABETHA MEIER. Proavus fuit *Vir Ampliſſimus, Conſultiſſimus & Celeberrimus* GERHARDUS COCCEJUS, Jurium Doctor & Profeſſor in illuſtri Schola, poſtea Reipublicæ Senator, Vir legationibus geſtis clariſſimus, denique, poſtquam vocationes quam plures ad ſplendida munera, modeſte recuſaverat, Anteceſſor in alma Groningana; Proavia vero KUNIGUNDA HOLLEN, filia HERMANNI HOLLEN, Spectabili Seniorum Collegio adſcripti, & METTÆ VON BOBART. In materna ſtirpe numeravit Avum Virum *Ampliſſimum & Prænobiliſſimum* GEORGIUM VON RAESFELD, Magnarium florentiſſimum & urbis patriæ Senatorem; Aviam SARAM MARIAM VON HERBERGEN: Proavum *Virum Spectabilem* JOHANNEM VON RAESFELD, membrum Collegii Seniorum; Proaviam CLEMENTIAM EDMESTUND, natam, Viri *Prænobiliſſimi & Ampliſſimi* CHRISTIANI EDMESTUND, ad Illuſtre Collegium Præpotentium Statuum Hollandiæ & Weſtfriſiæ delegati, & SUSANNÆ VON FELSEN. A teneris unguiculis felicis hæc fœmina cum cura à Parentibus probis educata eſt, ipſorum fruita ad omnem virtutem excitante exemplo, profecit ex voto, in cognitione æque veritatis quæ eſt ad pietatem, ac in ſexum ejus decentibus ſcientiis & decoriis, evaſitque optimi exempli fœmina; Modeſtia enim, manſuetudine, pietate, morum comitate, hilari inſimul animo quo prædita erat, non triſti & dejecto, æquitate præterea, omnium ſibi conciliavit exiſtimationem, cum maxime amores mariti Viri *Nobiliſſimi & Conſultiſſimi* HERMANNI HAKE J. U. D. Cauſarum in foro patrio Patroni & Judicis hæreditarii in Borgfeldt, vidui nunc ex acerbiſſimo dolore mœſtiſſimi, quem nunc prima vice quum viduavit, triſtem reddidit. Matrimonium initum eſt fauſtis hymenæis d. 4. Septembris A. MDCCXLII. Concors illud fuit ac animorum exoptata unione beatum, & quanquam ab initio infæcundum eſſet, felicitatem ſummam quæ his in terris poteſt exoptari & expectari promittere illud videbatur, quum favente Lucina, partum maſculum ipſa ederet die ſexta hujus menſis, cui ROBERTI nomen eſt inditum. Cedebant omnia ex voto & affulſit ſpes ipſam convaliturum feliciter. niſi die poſt partum quinta, febris illam invaſiſſet, qua invaleſcente, quicquid etiam medica cura repagulis opponeret, vires proſtratæ ſunt tanto citius, quo delicatius erat corpuſculum, à diuturno tempore febriculis concuſſum, quamlibet lectulo non affixum, ſic ut placide expiraret ſeptimo à partu & poſtridie morbi, die 13. labentis menſis. Paraverat Phœnix noſtra nidum, in lectulo puerperio deſtinato, quem emortualem fore non præſumſerant maritus Nobiliſſimus & cognati, ejus, ſicut ipſa illorum, amantiſſimi. Ardores febris repente increſcentis, illum mutarunt in rogum. Deceſſit, ſed genti Hakianæ, incluræ cereis illuſtrium majorum & agnatis adhuc ſuperſtitibus, reliquit prolem, quam Deus jubeat adoleſcere ex voto. Ipſa vero, quæ Dei non vixit immemor, cultui eius addicta ſedulo, quamque lethi non cœpit oblivio, terras relinquens ad ſuperos evaſit. Inferentur favillæ tumulo in æde Stephaniana hodie ſub horam I. Tu Lector exequias iturus, memento Te ad meliora natum eſſe, ſymbolo & ſpe quam latent ſub illo veritas excitat, monitus, ſic res Tuas compone, quo moriens, ne moriaris; quo funus Tuum Tibi ſit natale; & moriendo renaſcaris in æterna atque beata vita. Vale Pof. d. 16. Junii A. MDCCXLVI.

1746. d. 16ten Jun

64.

RECTOR & P

ILLUSTRIS SCH

LECT

Phœnicis, decantatæ a priſcis, tum paganis tum
unquam illa rara avis viſa ſit, aut in rerum fuerit natura, dubitatum
firmiter utrumque, ob pervulgatam famam, aſſereretur, à PLINIO
diti COMMENTATORES *ad* CLEMENTIS ROMANI (*epiſtolam I. ad Co*
tamen eſt hodie apud omnes prudentes illam extitiſſe nunquam, &
volucri in Æthiopia, juxta alios in Ægypto, vel in Arabiæ montibus,
quæ rerum ordini adverſantur, dum *proprii corporis hæres & ciner*
men inane eſt cerebri figmentum, ſed ænigma ſive allegoria, ut tot aliæ priſci ævi hiſtoriæ
diſciplinam ſapientiæ magiſtris. Exercuit ejus ſolutio ingenium & induſtriam recentiorum,
tradidiſſent & detexiſſent. Gentis enim Judaicæ, preſſæ quidem nec tamen ſuppreſſæ aut
nimis prope accedit ad errorem, pium licet, Illuſtris Alnetani Præſulis & Philoſophi HUETII
ex hiſtoria aut fide aut ſpecie commendatur, quin potius à vero recedit, paganos ex Judæorum
blemati non reſpondet, quæſita in illo à KÆMPFERO (*in amœnitatibus exoticis pag.* 665.)
promus condus HORUS APOLLO (*de ſymbolica Ægyptiorum ſapientia pag.* 96.) ex Ægyptiorum
dum teſtatur (*Hiſt. Nat. Lib. X. cap.* 2.) *cum hujus alitis vita, converſionem magni anni fieri,*
dines iſta pinxere parabola. Et licet, deſtituti veræ cognitionis futurorum luce, fata rotari,
in celebri iſto magno anno, ſub errore tamen illo latuerunt multæ veritatis ſtricturæ, reſtitutio
rum. Hinc innocue Patres Eccleſiaſtici primi, hoc ſymbolo, quin cum hiſtoria Phœnicis
porum reſuſcitationem non eſſe inter ἀδύνατα, paganos voluerunt convincere, nec taxandus
ſcripto pium animum quidem, ſed nullo modo inſpirationem à ſancto flamine, uti Canonica
reſurrectione carnis cap. 12. 13) atque EPIPHANII *in phyſiologi cap.* 11.) eo trahentium dictum
Jobo (*cap. XXIX.* 18.) quærentium, *Dicebam, in nido meo expirabo, &* כחול *ut arenam,* alii ut
maximæ rerum revolutionis, quam nec ipſi pagani negarunt, paverunt. Luſtremus talem
ſi nihil tale conditio ſignat, quia ſinguli ejus non tam mori, quam deſinere dicantur; nec reda
dem animalis eſt res, & vitæ obnoxia & morti: illum dico alitem Orientis peculiarem, de ſing
ſine decedens atque ſuccedens; iterum phœnix, ubi jam nemo, iterum ipſe, qui non jam, alius
avibus Arabiæ de reſurrectione ſecuris? Si vero quilibet in ſpe beatæ reſurrectionis ex his
animo bene compoſito, lectulo emortuali parato, expectat, quis mage aliti iſti aſſimilandus
paveſcit, ſed in puerperio, in nido ſtructo, vitam perdit, quam modo unicæ proli dederat?
ſed non eadem, quia & ipſa, nec ipſa eſt, æternam vitam, mortis adepta bono eſt. Effertur ho
dentiæ, quin & gratiæ (1. Tim. II. 15.) *non potuit fato nobiliore mori.* Erat illa præclariſſimis
xit è celebri familia Coccejorum. Aura frui cœpit ab A. MDCCIX. d. 8. Decembris, ſata Parente
haud pridem fatis functo; Matre vero *Matrona laudatiſſima* GERTRUDE VON RAESFEL
HERMANNUS COCCEJUS, Paſtor Cœtus ad B. Virginis per complures annos Primarius, &
pliſſimus, Conſultiſſimus & Celeberrimus GERHARDUS COCCEJUS, Jurium Doctor & Pro
poſtquam vocationes quam plures ad ſplendida munera, modeſte recuſaverat, Anteceſſor
Spectabili Seniorum Collegio adſcripti, & METTÆ VON BOBART. In materna ſtirpe
Magnarium florentiſſimum & urbis patriæ Senatorem; Aviam SARAM MARIAM VON
Collegii Seniorum; Proaviam CLEMENTIAM EDMESTUND, natam, Viri *Prænob*
Hollandiæ & Weſtfriſiæ delegati, & SUSANNÆ VON FELSEN. A teneris unguiculis
tante exemplo, profecit ex voto, in cognitione æque veritatis quæ eſt ad pietatem, ac in ſexum
tudine, pietate, morum comitate, hilari inſimul animo quo prædita erat, non triſti & de
Viri *Nobiliſſimi & Conſultiſſimi* HERMANNI HAKE J. U. D. Cauſarum in foro patrio
nunc prima vice quum viduavit, triſtem reddidit. Matrimonium initum eſt fauſtis hymenæ
& quanquam ab initio infæcundum eſſet, felicitatem ſummam quæ his in terris poteſt exop
die ſexta hujus menſis, cui ROBERTI nomen eſt inditum. Cedebant omnia ex voto &
invaleſcente, quicquid etiam medica cura repaguli opponeret, vires proſtratæ ſunt tanto ci
non affixum, ſic ut placide expiraret ſeptimo à partu & poſtridie morbi, die 13. labentis menſ
præſumſerant maritus Nobiliſſimus & cognati, ejus, ſicut ipſa illorum, amantiſſimi. Ardor
cereis illuſtrium majorum & agnatis adhuc ſuperſtitibus, reliquit prolem, quam Deus jubeat
lethi non cœpit oblivio, terras relinquens ad ſuperos evaſit. Inferentur favillæ tumulo in æde
ſymbolo & ſpe quam latens ſub illo veritas excitat, monitus, ſic res Tuas compone, quo
beata vita. Vale Poſ. d. 16. Junii A. MDCCXLVI.

OFESSORES P.
LÆ BREMENSIS
DRI S.

riſtianis, alitis, fabulam an ænigma? vix ullus ignorat. An
lem, quanquam ab antiquioribus, qui circa ævum, in quo Soſpitator natus eſt, vivebant, ſatis
xime & TACITO aliisque, quorum dicta præter TEXELIUM (*in phœnice viſo & audito*) eru-
s in patribus Apoſtolicis COTELERII & CLERICI *Vol. I. p.* 138. & 163.) indicant; exploratum
ſe nuſpiam. Fabulam ipſa prodit narratio, quæ nec ſibi conſtat, dum patriam & nidum unicæ
Aſſyria aſſignat, vitæ quoque periodum prorſus differentem figit, atque talia de illo prædicat,
us, redivivo carnis ſuæ humore reparari & de funebri rogo reſurgere, perhibetur. Neque ta-
cui involuta fuit veritas, occultata plebi, quo panderetur ingenioſe illis, qui tradebantur in
non pauci, ſi preſſiſſent veſtigia antiquiorum, artis ſymbolicæ peritiorum, vero magis ſimilia
ſed reſurgentis perpetuo & in orbe continuatæ, figuram cum TEXELIO in illo luſtrare, uti
monſtratione evangelica) Moſen & Iſraëlitas in univerſa fere Mythologia conſpicientis, ſic nulla
; & fatis illa mutuaſſe, quibus ſuam ſuperſtitionem aut cultum ornarent; Auguſto quoque em-
almæ dactyliferæ, vel ab aliis, annui recurſus Solis, aut exundationis Nili. Scientiæ hujus
octrina, primum ſignificatum ponit, INSTAURATIONIS. Gnarus quoque ejus fuit PLINIUS
nque ſignificationes tempeſtatum & ſiderum easdem reverti. Rerum adeoque magnas viciſſitu-
ae poſt revolutiones, interjecta longæ moræ intercapedine, recurrere crediderint, cum maxime
e orbis arſuri incendio, ut & corporum humanorum, orbatorum vita & in pulvere dejecto-
m crederetur, argumento ad hominem ex illo ducto, ſunt uſi, dum de veritate dogmatis, cor-
o eſt CLEMENS ROMANUS, vir Apoſtolicus illo militans, pro more & genio ſeculi, in
unt, prodente. Quanquam etiam ſequiorum luſus non probemus, ut TERTULLIANI (*de
almi XCI.* 13.) juſtus ut φοῖνιξ *palma*, non phœnix, *florebit*; aliorumque avem phœnicem in
enix *amplificabo dies*: Ænigmate tamen iſto appoſite ſatis, mentes meditatione reſurrectionis,
ptimiani flore nitentem (*de reſurrect. carnis l. c.*) *ſi parum univerſitas reſurrectionem figurat;*
ri, ſed reformari exiſtimentur, accipe pleniſſimum atque firmiſſimum hujus ſpei ſpecimen. Siqui-
itate famoſum, de poſteritate monſtruoſum: qui ſemet ipſum lubenter funerans renovat, natali
Quid expreſſius atque ſignatius in hanc cauſam? & poſt alia, *ſed an homines ſimul interibunt,*
terris, phœnicis inſtar renaſcendi ex cinere & pulvere, fatum extremum non horret, ſed
quam matrona chriſtiana, quæ non ſolum ob ſpem futuræ reviviſcentiæ, ad mortem non ex-
, (ut canit *author carminis de Phœnice quod* LACTANTIO *tribuitur, in fine*) *Ipſa quidem,*
unus talis Matronæ, non diu poſt puerperium extinctæ, quæ propter ordinem divinæ provi-
s inſtructa & optimi exempli fœmina ELISABETHA HAKIA, nata COCCEJA. Genus du-
Viro Ampliſſimo, Prænobiliſſimo & Conſultiſſimo HENRICO COCCEJO J. U. D. & Senatore,
). Erat in ſtirpe paterna Avus *Vir Maxime Reverendus & de Eccleſia patria meritiſſimus*
Venerandi Miniſterii Senior; Avia autem ELISABETHA MEIER. Proavus fuit *Vir Am-*
r in Illuſtri Schola, poſtea Reipublicæ Senator, Vir legationibus geſtis clariſſimus, denique,
ma Groningana; Proavia vero KUNIGUNDA HOLLEN, filia HERMANNI HOLLEN,
neravit Avum Virum *Ampliſſimum & Prænobiliſſimum* GEORGIUM VON RAESFELD,
RBERGEN: Proavum *Virum Spectabilem* JOHANNEM VON RAESFELD, membrum
& *Ampliſſimi* CHRISTIANI EDMESTUND, ad Illuſtre Collegium Præpotentum Statuum
& ſumma cum cura à Parentibus probis educata eſt, ipſorum fruita ad omnem virtutem exci-
ornantibus ſcientiis & decoribus, evaſitque optimi exempli fœmina: Modeſtia enim, manſue-
, æquitate præterea, omnium ſibi conciliavit exiſtimationem, cum maxime amores meruit
oni & Judicis hæreditarii in Borgfeldt, vidui nunc ex acerbiſſimo dolore mœſtiſſimi, quem
4. Septembris A. MDCCXLII. Concors illud fuit ac animorum exoptata unione beatum,
& expectari promittere illud videbatur, quum favente Lucina, partum maſculum ipſa ederet
let ſpes ipſam convalituram feliciter, niſi die poſt partum quinta, febris illam invaſiſſet, qua
quo delicatius erat corpuſculum, à diuturno tempore febriculis concuſſum, quamlibet lectulo
Paraverat Phœnix noſtra nidum, in lectulo puerperio deſtinato, quem emortualem fore non
bris repente increſcentis, illum mutarunt in rogum. Deceſſit, ſed genti Hakianæ, inclutæ
ſcere ex voto. Ipſa vero, quæ Dei non vixit immemor, cultui ejus addicta ſedulo, quamque
haniana hodie ſub horam I. Tu Lector exequias iturus, memento Te ad meliora natum eſſe,
ris, ne moriaris; quo funus Tuum Tibi ſit natale; & moriendo renaſcaris in æterna atque